ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Summo Viro
NICOLAO HEINSIO D.F.
Constantinus Hugenius Z.
S.

Mea tibi manu triplices ago gratias, Heinsi amicissime, Patris, inquam, et Filiorum nomine, pro insigni ac literatissimo munusculo singulis oblato. Tanto illa gratiora unicuique nostrum obvenere, quod de valetudine tua, ad haec tanta sufficiente, melius sentiendi causam dederint quam quis facile sperasset. Sequimur enim te absentes, quocunque migras, ac talem hodie cogitamus qualis à nobis discedebas, vix te parem iudicavimus operi, quod quod Viennae peragendum statueras. Loquor de recensenda et in ordinem redigenda tam vasta et ingenti Bibliotheca; quae laborem expertus novi; et quam totum hominem exigat, animo corporisque viribus valentem. quamobrem saepe miratus sum, cur in mentem tibi non venerit, alienam operam adscire, quae tibi rem confectam paucis daret, solo te nutu omnia dispensante.

Suum Poematium typis Elzeviriis excusum miror te ab ipso non accepisse, qui te non ignoraverit meum Opusculo addidisse. Habes hic de meis exemplar unum; plura, si tanti sunt, habiturus. De meo Epithalamio quod mihi rescripserit Princeps doctissimus, tanquam eruditionis et judicij Lectore rem dignam fecit, ut quem εἰς τὰ λεπτὰ τοιαῦτα non sit aequum se dimittere. Tu quidem benigna fronte opusculum illud excipere dignatus es, et mea solis, et quodammodo mirari, tam exiles spiritus Carmen (opus erat duarum podagricarum noctium) à me profectum esse, quem vix breviculorum Epigrammatum spatia progressum vidisses. quaero nunc quid-

Burm F 6 a

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BURF F 6 a
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7087

quid dicturus sis, si praedixero Poema Latinum limae tuae -
subjectum iri, cuius finem in mille et quingentis Versibus nondum
invenio. Argumentum est Vita omnis mea, Parentes, natales,
Educatio, ~~Eruditio~~ Disciplina, Itinera, Functiones publicae ac privatae, -
nuptiae, Liberi, prospera et adversa. Historica sunt ista, dices.
Fateor: at neque diffiteor, animi non nihil additum fuisse,
ex quo Epithalamium, de quo dicebamus, longe quam sperare
ausus eram amplioris plausu exceptum vidi; apud Gallos -
praesertim eruditos, qui tam prolixis illud ipsi Regi elogijs -
commendare dignati sunt, ut in suum sermonem verti ipse
mandaverit ~~in~~ Boyero, Gallicae poeseos hodie coryphaeo. Eius
operae hic exemplar addo. Tu vide an et quoque vir ille latinitatis
genium assequi potuerit, quantum alter alteri cedamus. Praedictos
versiculos gratum erit si ad me remitti cures: gratius, si -
valetudinem, ut supra monui. Vale, vir eximie, et quid rerum
agas, fac subinde ne nesciamus. Hagae XXII. Jun. CIƆIƆCLXXIIX.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BURF F 6 a
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7087

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BURF F 6 a
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7087

10

quod scriberas sit, se propediem Parisios [illegible] [illegible]
subjectum es, cuius finem in [illegible] [illegible] [illegible]
invideo. Argumentum [illegible] Vitam omnem suam, Parentes, [illegible]
Educationem, Disciplinam, Itinera, Functiones publicas ac privatas,
magnos libros proprios & alienos. Historia [illegible] [illegible]
Fuerat et nunc differor, nondum non nihil additum [illegible],
ex quo Epistolarum, de quo dixeramus, longe quam priorum
non sum amplius plane exceptum vidi; apud Gallos
[illegible] traditos qui tam prolixi illud ipsi Regi Regio
commendare dignati sunt, ut in suam [illegible] [illegible]
mandaverit in Regesto Gallico [illegible] exemplar. Eius
ipsius hic exemplar addo. Tu videbis an et quaenam [illegible]
gratiam utrique poterit, quantum alter alteri [illegible] [illegible]
[illegible] gratum [illegible] ad me remittere [illegible] gratia, &
valetudinem, ut supra monui. Vale, vir eximie, et quod [illegible]
agis, fac subinde ut resciamus. Hagae XXII. Jun. [illegible]